eadem Magnitudine vestra nobisque tunc in Imperio Romano longinque constitutis ortenus retulerunt Magnitudinem vestram se super petitis nostris ad contenta in literis suis referre quas ad nos cum eisdem Oratoribus nostris misit, Ex quorum quidem Oratorum relatione quantum pro tunc percipi poterat et quantum etiam ipsis Oratoribus intelligere licuit, licet semper se ad literas Magnitudinis vestrę retulerint, alia non habebantur quam bellum et arma quę in nos Magnitudo vestra cogitaret et mouere intenderet, Nihilominus tamen literas Magnitudinis vestrę clausas et obsignatas nobis presentarunt quas primo tunc aspectu libenter et magno cum desyderio nobis legi et interpretari cupiebamus, Sed nescimus qua mala fortuna factum est quod licet ad multa loca pluresque principes et dominos scribi iusserimus pro habendis et mittendis ad nos hominibus qui linguam Magnitudinis et nationis vestrę legere scribere et literas vestras interpretari scirent et possent nullum tamen propter paucitatem et raritatem eiusmodi hominum in partibus nostris agentium vsque in hanc horam post tot tantasque inquisitiones in diuersis locis ac diu factas habere potuimus preter vnum duntaxat fidei vestrę hominem qui per captiuitatem ex qua de mandato nostro redemptus est ad manus nostras proxime peruenit, Eaque sola causa impediti sumus vt Magnitudini vestrę nunc vsque ad literas vestras prout libenti animo fecissemus respondere non potuerimus, Idque tantum nos hactenus vt supra diximus impediuisse eidem Magnitudini vestrę per verbum nostrum Regium et quod a Christiano bonoque Rege et principe proferri potest et debet promittere et polliceri possumus atque etiam per presentes promittimus et pollicemur ad hoc ne quis secus iudicare possit nos ex alia forsitan ratione ad literas Magnitudinis vestrę rescribere non voluisse, Postquam vero captiuus ille redemptus nobis literas Magnitudinis vestrę legit et interpretatus est nos statim ex earum serie intelleximus plane contraria ijs quę ex sermone prefatorum Oratorum nostrorum eliciebantur si modo recte interpretate sunt litere quia nos eas aliter quam ex interpretis ore percipere non potuimus, Imo ex eisdem aperte cognouimus eandem Magnitudinem vestram inclinam et contentam esse ad pacem amicitiam et vniionem nobiscum ineundam et concludendam sicut in eisdem literis suis latius continetur, quod grato equidem et benigno accepimus animo, Et ideo hominem hunc nostrum cum presentibus literis nostris seratis et bene clausis sicut Magnitudo vestra petijt ad eam misimus, Ea quidem mente et ratione vt si Magnitudo vestra illius adhuc est et esse vult intentionis (vti minime dubitamus) quam nobis per literas suas significauit seque (sicut prorsus credimus) acceptare ostendit, quod ea quę nobis obtulit prosequi et adimplere velit, atque se pacifice amice et vti bonum vicinum decet erga nos et vniuersos subditos nostros gerat et exhibeat nihilque hostile contra nos et eosdem subditos nostros armis et potentia mediantibus seu parua seu magna militum sibi aut suis subiectorum copia faciat vel attentet, sed quod ex nunc ab expeditione et bello contra nos suscepto cesset et quiescat, quod vbi per Serenitatem et Magnitudinem vestram factum fuerit, nos eandem in hunc casum pari modo de depositione armorum nostrorum in prefato verbo nostro assecuramus et quamuis omnino parati et cum exercitu nostro cum maximis sumptibus et impensis superinde factis instructi simus tamen ad complacentiam Magnitudinis vestrę a prosecutione belli supersedentes

in regno nostro Hungarie expectabimus donec Magnitudo vestra ad has nostras responderit, quod quam celerrime fiat ne longiori temporis spatio interueniente cum magno nostro et rerum nostrarum incommodo responsionem vestram expectare cogamur, Nobis enim cum tanta nostra iactura in pendenti stare minime erit consultum, Nam et nos quando ex relatione et literis multorum exploratorum apparatus et aduentum Magnitudinis vestrę contra nos institutum eamque in procinctu esse cognouimus prout reipsa nunc videri potest nos etiam omittere noluimus quin ea nos potentia et exercitu copiisque tam naualibus quam terrestribus vltra vires et subsidia quę aliunde iusto competentique numero conquisiuimus prepararemus et instrueremus, quibus cum Dei optimi maximi a quo omnis est potestas et imperium adiutorio cuicumque etiam potentie non solum resistere verum etiam eandem inuadere et infringere possemus, quod indubie nunc tandem de nobis ad aures Magnitudinis vestrę per exploratores suos delatum esse potest, Precamur autem Deum immortalem, cuius virtus et dextera nos hucusque tenuit et iuuat, ne ad arma inter nos deueniatur, cum magis desyderemus (sicut et antea semper cogitauimus) vnionem amicitiam et bonam vicinitatem habere cum Magnitudine vestra quam inimicitiam aut hostilitatem, Presentem autem Nuntium nostrum nunc nunc lectis et interpretatis literis Magnitudinis vestrę mittere volumus ne mora longior fiat aut Magnitudinem vestram propter diuturniorem expectationem tedium aliquod occupare possit, vltra quem etiam alium Oratorem nostrum fidum nobis ac gratum et idoneum mitemus qui se itineri accingit et nihil preter saluumconductum Magnitudinis vestrę expectat quique a nobis mandatum plenum et amplum habebit reliqua etiam longe maioris importantie si quę inter nos duos vltius fieri et concludi debebunt transigendi et paciscendi quem ob id Magnitudo vestra ad talem legationem tuto obeundam saluumconductu suo ad manus prefati Oratoris nostri statim per medium huius hominis vel missi nostri dirigendo prouideat vt tanto citius omnia possint absolui et bene concludi, Speramus igitur in Deo summo qui corda et mentes nostras solus cognoscit quod hec amicitia et concordia nostra vtrique nostrum non nisi bona vtilis et salutaris esse possit ac debeat, Super qua nobis eadem Magnitudo vestra totalem resolutionem et deliberationem suam per hunc missum nostrum cui commisimus vt literas istas Magnitudini vestrę exhibeat ab eaque nobis responsum reportet quam citissime exponere velit vt et nos cum gentibus nostris quas collegimus et progressu expeditionis nostre disponere et gerere valeamus, Presentes autem literas nostras per vnum scriptorem nobis fidatum et recte scribentem sicut etiam Magnitudo vestra voluit scribi fecimus idque posthac etiam in alijs negotijs nostris quę apud eam expediemus sedulo et accurate faciemus, Atque omnino prout est voluntas et desyderium Magnitudinis vestrę rem hanc totam intra nos secreto tenebimus neque ad multos alios peruenire patiemur, quod et Magnitudo vestra cum presenti negotio nostro pari modo faciat, Et cum hoc nobis a Magnitudine vestra omnem amicitiam vnionem et bonam viciniam promittere et expectare volumus, Cui Deus altissimus sanitatem concedat. Datum in Ciuitate regni nostri Bohemię Buduicensi 15 Julij 1529.

## VI.

*Schreiben Desselben an den Grosswesir Ibrahim.*

*(Budweis), 15. Juli 1529.*

*Aus dem Concepte Johann May's, mit der Überschrift: Ibraim, im k. k. geh. Haus- Hof- und Staats-Archive.*

Ferdinandus etc. Magnifice et prestrenue Vir, Salutem. Mittimus inpresentiarum ad Serenissimum et potentissimum Selimum Imperatorem Turcarum amicum nostrum charissimum hunc hominem nostrum cui commisimus vt literas nostras Magnitudini suę presentare et responsum eius ad nos illico reportare debeat, Cum autem minime nobis sit dubium quin vos quem Magnitudo sua nihil etiam quantumuis magnum et secretum celat easdem literas nostras omnemque mentis nostre intentionem sitis intellecturi atque hoc negotium nostrum tamquam ille cuius prudentia consilio instinctu et opera nihil non arduum apud Magnitudinem suam effici et impetrari solet pro magna vestra apud eandem autoritate dignitate et fide promoturi et tractaturi, Cumque ex dictis literis nostris abunde intelligere poteritis quantum inclinati simus ad vnionem concordiam et bonam viciniam cum prefato Imperatore ineundam vosque licet tali amicitie simul et nobis bene affectos esse non diffidamus imo hoc compertum habeamus de quo vobis agimus et habemus gratias, Nihilominus tamen vos pro nostra in vos beneuolentia affectuose per has etiam literas nostras hortamur, vt quemadmodum ex vestra apud Magnitudinem suam existimatione bene et commode facere potestis eandem vnionem velut vtrique Serenitati quam maxime profuturam et commodaturam apud prelibatum Imperatorem ad bonum finem dirigere et perducere, atque hunc hominem nostrum presentium scilicet latorem cum bona et celerrima Magnitudinis suę resolutione et responso in scriptis dando ad nos remittere et vt tuto ac statim redire possit curare et efficere velitis, Quod et nos erga vos omni beneficentia nostra vbicunque dabitur occasio compensabimus, Ita vt gratitudinis nostre effectum digne quandoque sentire valeatis, prout ab alio Oratore nostro ad illam Curiam venturo latius intelligetis, De quo vos admonere volebamus. Datum 15 Julij 29.

## VII.

*Schreiben Desselben an Johann Hoberdanacz.*

*Linz, 23. Juli 1529.*

*Aus dem Concepte Johann May's, mit der Überschrift: Habardanecz, im k. k. geh. Haus- Hof- und Staats-Archive.*

Ferdinandus etc. Egregie fidelis dilecte. Mittimus inpresentiarum tibi literas quasdam ad Imperatorem Turcorum sonantes atque insuper tibi committimus et mandamus omni serio vt quoniam tibi commoditatem mittendi similes literas esse videmus maxime

cum ipse Turcus nunc appropinquare ceperit easdem literas per aliquem hominem tuum fidelem diligentem et expertum ad Curiam prefati Imperatoris per dies et noctes quam celerrime mittas ac omnino cures vt litere illę manibus proprijs prefati Imperatoris redantur et quod ipse per eundem hominem tuum super literis illis in scriptis respondeat, ac responsum illud per medium hominis tui remittat, quod vbi ad te perlatum fuerit, statim ad nos vbicunque fuerimus etiam per dies et noctes transmittas ac tam in mittendis istuc quam remittendis ad nos literis presens negotium concernentibus nullis prorsus expensis et sumptibus parcas nosque de summa earundem posthac certifies quam tibi in continenti restitui faciemus, et simul hos aliosque labores tuos quandoque singulari gratia nostra recognoscemus, Nobisque propterea persuasum habemus te veluti bonum Christianum omnem in hoc operam attenda rei magnitudine et importantia impensurum esse, De quo nulli quicquam mortalium communices sed istud intra te secreta contineas sub indignatione nostra euitanda, In quo denique fidem qua nobis astrictus es oneramus et oneratam esse volumus. Datum Lintij 23 Julij 1529.

## VIII.

*Schreiben Desselben an Sultan Suleiman I.**Linz, 23. Juli 1529.**Aus dem Concepte Johann May's im k. k. geh. Haus- Hof- und Staats-Archive.*

Serenissimo etc. Ferdinandus etc. Redierunt ad nos Oratores nostri quos ad Magnitudinem vestram alias misimus pro contractanda et ineunda amicitia et vnione cum eadem Magnitudine vestra nobisque tunc in Imperio Romano longinque constitutis oretenus retulerunt Magnitudinem vestram se super petitis nostris ad contenta in literis suis referre quas ad nos cum eisdem Oratoribus nostris misit, Ex quorum quidem Oratorum relatione quantum pro tunc percipi poterat et quantum etiam ipsis Oratoribus intelligere licuit, licet semper se ad literas Magnitudinis vestre retulerint, alia non habebantur quam bellum et arma que in nos Magnitudo vestra cogitaret et mouere intenderet, Nihilominus tamen literas Magnitudinis vestre clausas et obsignatas nobis presentarunt quas primo tunc aspectu libenter et magno cum desyderio nobis legi et interpretari cupiebamus, Sed nescimus qua mala fortuna factum est quod licet ad multa loca pluresque principes et dominos scribi iusserimus pro habendis et mittendis ad nos hominibus qui linguam Magnitudinis et nationis vestre legerē scribere et literas vestras interpretari scirent et possent nullum tamen propter paucitatem et raritatem eiusmodi hominum in partibus nostris agentium vsque in hanc horam post tot tantasque inquisitiones in diuersis locis ac diu factas habere potuimus preter vnum duntaxat fidei vestre hominem qui per captiuitatem ex qua de mandato nostro redemptus est ad manus nostras proxime peruenit, Eaque sola causa impediti sumus vt Magnitudini vestre nunc vsque ad literas vestras prout libenti animo fecissemus respondere non potuerimus, Idque tantum nos hacten-

nus vt supra diximus impediuisse eidem Magnitudini vestrę per verbum nostrum Regium et quod a Christiano bonoque Rege et principe proferri potest et debet promittere et polliceri possumus atque etiam per presentes promittimus et pollicemur ad hoc ne quis secus iudicare possit nos ex alia forsā ratione ad literas Magnitudinis vestrę rescribere non voluisse, Postquam vero captius ille redemptus nobis literas Magnitudinis vestrę legit et interpretatus est nos statim ex earum serie intelleximus plane contraria ijs quę ex sermone prefatorum Oratorum nostrorum eliciebantur si modo recte interpretate sunt litere quia nos eas aliter quam ex interpretis ore percipere non potuimus, Imo ex eisdem aperte cognouimus eandem Magnitudinem vestram inclinātam et contentam esse ad pacem amicitiam et vñionem nobiscum ineundam et concludendam sicut in eisdem literis suis latius continetur, quod grato equidem et benigno accepimus animo, Et ideo hominem hunc nostrum cum presentibus literis nostris seratis et bene clausis sicut Magnitudo vestra petijt ad eam misimus, Ea quidem mente et ratione vt si Magnitudo vestra illius adhuc est et esse vult intentionis (vti minime dubitamus) quam nobis per literas suas significauit seque (sicut prorsus credimus) acceptare ostendit, quod ea quę nobis obtulit prosequi et adimplere velit, atque se pacifice amice et vti bonum vicinum decet erga nos et vniuersos subditos nostros gerat et exhibeat nihilquę hostile contra nos et eosdem subditos nostros armis et potentia mediantibus seu parua seu magna militum sibi aut suis subiectorum copia faciat vel attentet, sed quod ex nunc ab expeditione et bello contra nos suscepto cesset et quiescat, quod vbi per Serenitatem et Magnitudinem vestram factum fuerit, nos eandem in hunc casum pari modo de depositione armorum nostrorum in prefato verbo nostro assecuramus et quamuis omnino parati et cum exercitu nostro cum maximis sumptibus et impensis superinde factis instructi simus tamen ad complacentiam Magnitudinis vestrę a prosecutione belli supersedentes in regno nostro Hungarie expectabimus donec Magnitudo vestra ad has nostras responderit, quod quam celerrime fiat ne longiori temporis spatio interueniente cum magno nostro et rerum nostrarum incommodo responsionem vestram expectare cogamur, Nobis enim cum tanta nostra iactura in pendenti stare minime erit consultum, Nam et nos quando ex relatione et literis multorum exploratorum apparatus et aduentum Magnitudinis vestrę contra nos institutum eamque in procinctu esse cognouimus prout reipsa nunc videri potest nos etiam omittere nolimus quin ea nos potentia et exercitu copiisque tam naualibus quam terrestribus vltra vires et subsidia quę aliunde iusto competentique numero conquisiimus prepararemus et instrueremus, quibus cum Dei optimi maximi a quo omnis est potestas et imperium adiutorio cuicumque etiam potentie non solum resistere verum etiam eandem inuadere et infringere possemus, quod indubie nunc tandem de nobis ad aures Magnitudinis vestrę per exploratores suos delatum esse potest, Precamur autem Deum immortalem, cuius virtus et dextera nos hucusque tenuit et iuuat, ne ad arma inter nos deueniatur, cum magis desyderemus (sicut et antea semper cogitauius) vñionem amicitiam et bonam vicinitatem habere cum Magnitudine vestra quam inimicitiam aut hostilitatem, Presentem autem Nuntium nostrum nunc nunc lectis et interpretatis literis Magnitudinis vestrę mittere volumus ne mora longior fiat

aut Magnitudinem vestram propter diuturniorem expectationem tedium aliquod occupare possit, vltra quem etiam alium Oratorem nostrum fidum nobis ac gratum et idoneum mittemus qui se itineri accingit et nihil preter saluumconductum Magnitudinis vestrę expectat quique a nobis mandatum plenum et amplum habebit reliqua etiam longe maioris importantie si quę inter nos duos vltius fieri et concludi debebunt transigendi et paciſcendi quem ob id Magnitudo vestra ad talem legationem tuto obeundam saluoconductu suo ad manus prefati Oratoris nostri statim per medium huius hominis vel missi nostri dirigendo prouideat vt tanto citius omnia possint absolui et bene concludi, Speramus igitur in Deo summo qui corda et mentes nostras solus cognoscit quod hec amicitia et concordia nostra vtrique nostrum non nisi bona vtilis et salutaris esse possit ac debeat, Super qua nobis eadem Magnitudo vestra totalem resolutionem et deliberationem suam per hunc missum nostrum cui commisimus vt literas istas Magnitudini vestrę exhibeat ab eaque nobis responsum reportet quam citissime exponere velit vt et nos cum gentibus nostris quas collegimus et progressu expeditionis nostre disponere et gerere valeamus, Presentes autem literas nostras per vnum scriptorem nobis fidatum et recte scribentem sicut etiam Magnitudo vestra voluit scribi fecimus idque posthac etiam in alijs negotijs quę apud eam expediemus sedulo et accurate faciemus, Atque omnino prout est voluntas et desyderium Magnitudinis vestrę rem hanc totam intra nos secreto tenebimus neque ad multos alios peruenire patiemur, quod et Magnitudo vestra cum presenti negotio nostro pari modo faciat, Et cum hoc nobis a Magnitudine vestra omnem amicitiam vnionem et bonam viciniam promittere et expectare volumus, Cui Deus altissimus sanitatem concedat. Datum in Ciuitate regni nostri Bohemię Buduicensi 15 Julij 1529.

## IX.

*Schreiben Desselben an den Grosswesir Ibrahim.*

*Linz, 23. Juli 1529.*

*Aus dem Concepte Johann May's im k. k. geh. Haus- Hof- und Staats- Archive.*

Ferdinandus etc. Magnifice et prestrenue Vir. Die 15 presentis mensis respondimus ad literas Serenissimi et potentissimi Selymi Imperatoris Turcarum ac Asie et Grece amici nostri charissimi quas cum Oratoribus nostris quos alias ad ipsum misimus ad nos referri iusserat vobisque simul scripsimus et tales literas nostras per viam Bosne misimus quas inpresentiarum sub tenore quo priores conscriptę sunt duplicari et denuo scribi iussimus vt si alterę litere forsan ad Curiam prefati Imperatoris non peruenerint istę saltem Magnitudini suę et vobis reddantur, Cum autem minime nobis sit dubium quin vos quem Magnitudo sua nihil etiam quantumuis magnum et secretum celat easdem literas nostras omnemque mentis nostre intentionem sitis intellecturi atque hoc negotium nostrum tamquam ille cuius prudentia consilio instinctu et opera nihil non arduum apud Magnitudinem suam effici et impetrari solet pro magna vestra apud eandem auto-



ritate dignitate et fide promoturi et tractaturi, Cumque ex dictis literis nostris abunde intelligere poteritis quantum inclinati simus ad vñionem concordiam et bonam viciniam cum prefato Imperatore ineundam vosque licet tali amicitie simul et nobis bene affectos esse non diffidamus imo hoc compertum habeamus de quo vobis agimus et habemus gratias, Nihilominus tamen vos pro nostra in vos beneuolentia affectuose per has etiam literas nostras hortamur, vt quemadmodum ex vestra apud Magnitudinem suam estimatione bene et commode facere potestis eandem vñionem velut vtrique Serenitati quam maxime profuturam et commodaturam apud prelibatum Imperatorem ad bonum finem dirigere et perducere, atque hunc hominem nostrum presentium scilicet latorem cum bona et celerrima Magnitudinis sue resolutione et responso in scriptis dando ad nos remittere et vt tuto ac statim redire possit curare et efficere velitis, Quod et nos erga vos omni beneficentia nostra vbicunque dabitur occasio compensabimus, Ita vt gratitudinis nostre effectum digne quandoque sentire valeatis, prout ab alio Oratore nostro ad illam Curiam venturo latius intelligetis. De quo vos admonere volebamus.

Duplicata est expedita die 23 Julij Lintij 1529.

## X.

*Vollmacht Desselben für Nikolaus Jurischitsch.*

*Linz, 27. Juli 1529.*

*Aus dem Concepte Johann May's, mit der Überschrift: Mandatum, und der Aufschrift auf der Rückseite: Nicolitz solus, im k. k. geh. Haus- Hof- und Staats- Archive.*

Ferdinandus etc. Recognoscimus et notum facimus tenore presentium vniuersis, Quod licet intellecto apparatu expeditioneque bellica Potentissimi Turcarum Cesaris contra nos et sacram regni nostri Hungarie Coronam suscepta nos quoque terra et aqua cum omnibus viribus et copijs tam nostris quam aliorum Regum Principum et Potentatum Christianorum adiunctis instruxerimus animo eidem occurrendi nosque et subditos nostros ab insultu et inuasionem illa defendendi et tuendi, Nihilominus autem ne quid adhuc in mente et voluntate nostra que alioqui semper pacis quam belli cupidior et studiosior est deesset sed sano aliorum nobis et sanguine et affinitate iunctorum Regum et Principum consilij et pijs monitis acquiescentes et ne ipsa Christianitas aliquod discrimen per hoc incurrat sed potius ea induciarum media et fundamenta ponantur quibus in posterum saluti et incolunitati publice ac vniuersorum Christifidelium quieti et tranquillitati a nobis consultum et prospectum esse videatur Nos itaque de fide probitate et rerum agendarum industria fidelis nobis dilecti Nicolai Iuritschitz Consiliarij et Oratoris nostri plenam fiduciam gerentes Sponte et ex certa nostra scientia animoque bene deliberato omnibusque melioribus modo via iure causa et forma quibus melius validius et efficacius de iure potuimus et debuimus ac possumus et debemus prefatum Nicolaum Consiliarium et Oratorem nostrum Mandatarium actorem et factorem nostrum negotijque in-

frascripti gestorem et Nuntium spetialem et genēralem ita tamen quod generalitas spetialitati non deroget nec econtra elegimus nominauimus fecimus et constituimus prout eligimus nominamus facimus et constituimus per presentes Dantes et concedentes eidem plenam facultatem auctoritatem et potestatem cum prefato Turcorum Cesare vel agentibus aut commissarijs suis ad hoc eligendis et deputandis ab eo coniunctim vel diuisim inducias et treugas nostro nomine vice et loco ac pro nobis et vniuersis regnis prouintijs et dominijs nostris ineundi acceptandi concludendi paciscendi et firmandi et superinde pro nobis pollicendi et promittendi sicut a nobis habuit in mandatis aliaque agendi tractandi et faciendi quę nosmet si personaliter interessemus agere tractare et facere possemus etiam si talia forent quę mandatum exigenter magis spetiale quam presentibus est expressum Ponendo idcirco prefatum Nicolaum in locum et vicem personę nostrę Promittentes item ac in verbo nostro Regio pollicentes nos perpetuo habituros ratum gratum validum et firmum totum id et quicquid per eundem Consiliarium et Oratorem nostrum in premissis et eorum occasione quomodolibet actum factum tractatum prolocutum acceptatum conclusum pactum et firmatum fuerit neque aliquid contra ea vel eorum aliquod per nosmetipsos aut interpositas personas vlllo vnquam tempore quauis via occasione vel modo attentaturos dolo et fraude remotis, Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum et sigilli nostri appensione munitarum. Datum Lintij 27 Julij 1529.

## XI.

*Beglaubigungsschreiben Desselben für Nikolaus Jurischitsch an Sultan Suleiman I.*

*Linz, 27. Juli 1529.*

*Aus dem von Secretärshand auf Pergament geschriebenen und mit den Unterschriften König Ferdinands I., Bernhards von Cles und Johann May's versehenen Originale im k. k. geh. Haus- Hof- und Staats- Archive. Auf der Adresse steht von jüngerer Hand: Ferdinandi Regis Credentiales A° 1529 Nicolao Iurischitz ad Turcam.*

Serenissimo et potentissimo Principi Domino Selymo Imperatori Turcorum, ac Asię et Grecię, Amico nostro charissimo.

*Das Siegel wie es zur lateinischen Instruction beschrieben ist.*

SERENISSIMO et potentissimo Principi Domino SELYMO Imperatori Turcorum, ac Asię et Grecię, Amico nostro charissimo FERDINANDVS Dei gratia Hungarię, Bohemię, Dalmatię, Croatię, Sclauonię, Rameę, Seruię, Lodomerię, Galicię, Cumanię et Bulgarię etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austrię, Dux Burgundię, Lucemburgię, Slesię, Brabantię, Stirię, Carinthię, Carnioleę, Wirtembergię, Princeps Suenię, Marchio Morauię, Comes Habspurgi, Tirolis, Ferretis, Kiburgi et Goritię, Lantgravius Alsatię, Marchio sacri Romani Imperij super Anasum et Burgouię, Dominus Marchię Sclauoniceę, Portus Naonis et Salinarum, Sacrę Cęsareę et Catholicę Maiestatis in Imperio Locumtenens generalis. Salutem, et Amicicię, mutuęque beneuolentię affectum. Serenissime Princeps, Amice

charissime. Misimus ad Magnitudinem vestram hunc fidelem nobis dilectum Nicolaum Iuritschitz Consiliarium, et Oratorem nostrum, de quo per binas alias nostras, ac diuersis vijs scripsimus, eique commisimus, ut super Amicicia, vniōne, et bona Vicinia cum Magnitudine vestra ineunda singula proloquatur, tractet, et concludat, omniaque in ijs necessaria, et opportuna pro nobis faciat, sicut Magnitudo vestra ab eo coram intelligere poterit. Quam ideo affectuose hortamur, ut eidem Oratori nostro in omnibus, quę nostro nomine sibi referet, non solum fidem indubiam habere, verumetiam se super eisdem, et circa premissa ita et talem exhibere uelit, sicut pro beneficio utriusque nostrum utile, et commodum esse uideatur, Nosque ipsam iuxta suam erga Nos factam oblationem omnino facturam esse non dubitamus. Quod et Nos erga eam uti bonus Vicinus et Amicus pari offitio, dum dabitur occasio, compensabimus. Cui Deus omnipotens sanitatem concedere dignetur. Datum in Oppido nostro Lyncio Die Vicesima septima Mensis Julij. Anno domini Millesimo Quingentesimo Vicesimo Nono. Regnorum uero nostrorum Tertio.

Ferdinandus

V<sup>r</sup> B. Ep. Trid.

S. Cancell.

Io. Maius

## XII.

*Schreiben Desselben an den Grosswefir Ibrahim.*

*Linz, 27. Juli 1529.*

*Aus dem von Johann May geschriebenen und von König Ferdinand I. und Bernhard von Cles unterzeichneten Originale im k. k. geh. Haus - Hof- und Staats - Archive.*

Magnifico et Præstrennuo Viro Ibraim Bassæ.

*Das Siegel wie es zur lateinischen Instruction beschrieben ist.*

Ferdinandus dei gratia Hungarię et Bohemię etc. Rex Infans Hispaniarum Archidux Austrię Dux Burgundię etc. Marchio Morauię etc. Comes Tirolis etc. Imperialis Locumtenens generalis etc.

Magnifice et præstrenue Vir, Salutem. Die xv et xxij præsentis mensis respondi-  
mus ad literas Serenissimi et Potentissimi Domini Selymi Imperatoris Turcarum ac Asię  
et Grecię Amici nostri charissimi, quas cum Oratoribus nostris quos alias ad ipsum mi-  
simus ad nos referri iusserat, vobisque simul scripsimus et tales literas nostras per Bosnę  
ac aliam viam misimus quas in præsentiarum sub eodem argumento et tenore quo prius  
conscriptę fuerunt triplicari et denuo scribi iussimus, vt si alterę literæ binę ad Curiam  
præfati Imperatoris forsā non peruenerint istę saltem Magnitudini suę et vobis reddan-  
tur, quas secum nunc affert fidelis nobis dilectus Nicolaus Iuritschitz Consiliarius et Ora-  
tor noster de quo per priores literas ac diuersas vias vobis scripsimus, Cui quoque com-  
misimus, vt super vniōnē Amicitia bonaque vicinia cum magnitudine præfati Imperatoris  
ineunda nonnulla vobis referat, sicut ab eo coram intelligetis. Quæ cum ex mente nostra

veniant, atque etiam minime dubitemus, quin vos quem Magnitudo sua nihil etiam quantumvis magnum et secretum celat, easdem literas nostras omnemque mentis nostrę intentionem Magnitudini suę ab ipso etiam Oratore nostro exponendam sitis intellecturi, atque hoc præsens negotium nostrum tamquam ille cuius prudentia, consilio, et opera nihil non arduum apud Magnitudinem suam effici et impetrari solet pro magna vestra apud eandem autoritate dignitate et fide promoturi, Cumque ex dictis literis atque etiam relatione præfati Oratoris nostri abunde intelligere possitis, quantum inclinati simus ad amicitiam et concordiam cum præfato Imperatore ineundam, vosque licet tali Amicitie simul et nobis affectos esse non diffidamus, imo hoc compertum habeamus, de quo vobis agimus et habemus gratias, Nihilominus tamen vos pro nostra in vos benevolentia affectuose hortamur, vt quemadmodum ex vestra apud Magnitudinem suam existimatione bene et commode facere potestis, præfato Oratori nostro non solum fidem indubiam in hijs quæ vobis communicabit habere, verumetiam eandem vnionem velut vtrique Serenitati quam maxime profuturam apud prælibatum Imperatorem ad bonum finem dirigere et perducere atque hunc Oratorem nostrum bene promotum habere ac nostri etiam contemplatione tantum efficere velitis quo celeriore et meliorem expeditionem habere possit, Quod erga vos omni beneficentia nostra, dum dabitur occasio, compensabimus, Ita vt gratitudinis nostrę effectum digne quandoque sentire valeatis. De quo vos admonere volebamus. Datum in oppido nostro Lintio die xxvij. Mensis Julij. Anno Domini M.D. xxix. Regnorum nostrorum tertio.

Ferdinandus

V<sup>r</sup> B. Ep. Trid.

S. Cancell.

Io. Maius

### XIII.

*Schreiben Desselben an seinen Bruder Kaiser Karl V.*

*Linz, 28. Juli 1529.*

*Aus dem von Secretärshand geschriebenen und von König Ferdinand I. eigenhändig unterzeichneten Originale im k. k. geh. Haus - Hof- und Staats- Archive. Was zwischen [ ] steht, ist in Ziffern; die Nachschrift auf einem besondern Blatte.*

A Lempereur monseigneur

*Das Siegel wie es zur lateinischen Instruction beschrieben ist.*

Monseigneur treshumblement a vostre bonne grace me recommande/

Monseigneur Iay receu voz lectres en partie en ziffre du xxij<sup>e</sup> de iung passe par loys de taxis mon seruiteur quauoie depesche deuers vostre ma<sup>te</sup>/ Estant merueilleusement ioyeux quil est arriue enuers icelle sans fortune a cause de la difficulte des passages Et encoires plus dauoir entendu de voz nouuelles quest la chose de ce monde que plus ie desire estre souuent auerti/ Vous merciant mons<sup>r</sup> de ce quil vous plaist chercher tous moyens afin quen puisse continuellement estre auerti/ De ma part iay tousiours au mesmes fait tout deuoir et ny aura faulte que ne face tousiours mon mieulx

a auertir vostre dicte ma<sup>te</sup> de toutes occurrences de pardeca/ Et ce que a present me occourt est mons<sup>r</sup> que presentement me sont venues nouuelles certaines comme le turc en personne avec sa puissance quest plus grosse quelle ne fut oncques est desia arriue a bellegrade et comme lon dit a intencion de marcher tout droit en austrice sans soy arrester en hongrie et faire pardeca son yuer/ Dieu se veulle mectre entredeux ainsi quil est plus que necessaire/ De ma part ie me parforceray selon mon petit pouoir luy faire toute la resistance possible [esperant monsieur que ne me habandonnez et quauray de vostre mageste tel secours comme il est requis et encoures plu par le moyen de quelque bonne paix leffect de laquelle vous supplie monsieur auoir tousiours pour recommande] si auant que [vostre honneur gardant possible sera madame nostre bonne tante est encoures a cambray pour le fait dicelle] avec bon espoir de bonne yssue [ne scay quelle fin les choses prendront tant y a quelque parplexite en quoy mes affaires soient si ne vouldroie ie que riens fust conclud que ce ne fust a vostre honneur et reputacion]

[monsieur considerant le peu daparence quil y a dauoir aid de nul couste contre les turcz nest de vostre mageste et afin de pouoir auoir mieulx de quoy pour resister aux turcz iay supplie au pape maccorder deux decimes et vne crucade en voz pays dembas et bourgoingne le tout soubz vostre bon plaisir vous suppliant monsieur veu que la chose me impourte tant et que la necessite est tresgrande quil consenti que ledict accord ait lieu et soit execute en vosdictz pays mesmes en escrire bien a certes a madame nostre bonne tante au sieur de hogstrate et autres de voz finances quil ny soit mis ou donne aucune difficulte veu mesmes que sest pour emploier en vne tant sainte et bonne oeuvre] En quoy mons<sup>r</sup> [avec que le fruit qui en pourra partir redondera] au bien de [toute la crestiente me ferez tresgrant honneur]

Quant au deuoir et bon traicement que montfort vous a mons<sup>r</sup> escript luy ay fait Ce na este si bien que encoires non seulement a luy mais aussi a tous autres qui me viengnent de par vostre dicte ma<sup>te</sup> vouldroie sauoir mieulx faire Et aussi certes iay trouue ledict montfort fort diligent a vostre seruice./ Et touchant [le secours pour faire passer en italye mon aduis a tousiours este tel que le vostre et nay cesse den solliciter madame nostre bonne tante comme vostre mageste a peu veoir par les copies des lectres que luy ay escript que vous ay par ci deuant enuoye mais monsieur elle ne vostre conseil pour les causes quelle ma rescript et aussi au comte de ortembourg ilz no estz de cest aduis] comme a vostre dicte ma<sup>te</sup> plaira veoir par les copies de ses lectres [et me desplit monsieur que ledict succours est tant retarde lequel fust de long temps en ytalie sil y eust meilleur prouision dargent combien que ne fais doubte que ce nest lauis de madame nostre bonne tante] ains seulement par ce que [les finances ne se sont par aduerture peu si bien conduire comme il est requis] Et sil eust este [en moy y pouuoir remedier incontinant voire iusques a vendre et engaiger le mien propre vous assure monsieur quil ny eust eu faulte mais monsieur vous pouez assez considerer en quel estat et perplexite moy et mes affaires sont et si le pouoir estoit en moy conforme au vouloir soiez certain monsieur que vous en perceuries plus largement] Car ma personne ny le peu de biens que dieu ma donne ne seront iamais espargnez pour vous faire seruice./

Je suis merueilleusement ioyeux mons' dauoir entendu vostre brief passaige en ytalie Car [sest le vray remede pour tant mieulx pourueoir a toutes choses lequel actendu la derniere deffecte des francois se pourra fair avec plus grant sceurte de vostre personne laquelle monsieur vous supplie sur toutes choses auoir bon regart ne la mettre en hazart ny peril car vous entendez monsieur quel regret et inconuenient ce seroit de vostre infortune que dieu ne veulle non seulement a vous voz seruiteurs et amis mais a toute la crestiente vous merciant monsieur du bon auertissement quil vous a pleu me faire des vingt mil escuz enuoyez a venise par le roy de france pour secourir au vaynoda contre moy] Lequel mons' fault entendre [quil et noz autres ennemis afin de me donner] encoires [plus daffaires et que ne puisse faire secours aux affaires de vostre mageste font le pis quilz peulent contre moy et nay aultre espoir sinon quilz le feront encoires ou ilz pourront mais non obstant ce si ne layray ie] a faire tousiours mon deuoir en tout ce qui me sera possible

[et quant au fait du pape ie suis monsieur este auerti comme paix et alliance entre sa santite et vostre maieste est concludte dont ay receu tresgrant plaisir tant pour le bien de paix comme pource que vostre maieste en fera sondit passage plus seurement et librement]

[monsieur vostre maieste a este bien informee de la diuision et parcialite qua este entre les suisses ie suis auerti que depuis quilz sont daccord ilz ont grosses praticques et mesmes quilz vouldroit faire quelque emprinse sur mes pays dont pouuez considerer si par tous coustez iay des affaires ou non et que pis est fait merueilleusement a craindre et en sont les apparences grosses que le peuple par tout lutherien ne se lieue et facent pis que du passe dieu veulle par tout pourueoir necessairement car sil na pitie de nous ie crains fort que la crestiente ne tumbe en terrible tumulte et inconuenient]

[du fait de la royne douagiere de hongrie nostre seur ien feray monsieur comme il vous plaist me commander combien que iusques a oires par ce que luy en ay escript ne treuue que dung couste ny daultre elle ait grand desir y entendre neantmoins pource que telles choses ne se laissent si bien sauoir par escript que veritalement iespere de parler tost avec elle et de tout ce que ientendray de son intencion vous feray monsieur sauoir et ie verray ou elle aura le plus desir ou cas quelle y veulle entendre et tiendray secret touchant de la elonor nostre seur] comme vostre ma<sup>te</sup> le desire./

[touchant du lantgraue de hesse iay monsieur entendu ce que vostre maieste veut faire du fait de luy et de mes cosins de nassou et quant a son gouuernement il ne sest iusques a oires bouge combien quil a par plusieurs coustez beaucoup de praticques ne say comme il se gouuenera]

Monseigneur ie prie a tant le createur qui vous doint bonne vie et longue/ De lintz ce xxviiij<sup>e</sup> de juillet a<sup>e</sup> xxix/.

vostre treshumble et  
tres obeisant frere  
ferdinandus

[monsieur quant a ce quil vous plait me ordonner touchant lestendart que vostre maiest deuroit pourte ie nen ay encoire riens peu resoldre a cause que puis la venue de vosdictes lectres nay encoires treuve que men ait sceu dire ce que vostre maieste en vouldroit ne vous en puis pour le present faire aultre responce mais ie feray diligence de communiquer la chose a gens a ce entenduz dont le plus tost que pourray en auertiray vostre maieste]

## XIV.

*Schreiben Desselben an Chosrew, Sandschakbeg von Bosna.*

*Linz, 29. Juli 1529.*

*Aus dem von Secretärshand geschriebenen und mit den Unterschriften König Ferdinands I., Bernhards von Cles und Johann May's versehenen Originale im k. k. geh. Haus - Hof- und Staats - Archive.*

Magnifico Viro Osrem Bassę Bosnensi

*Das Siegel wie es zur lateinischen Instruction beschrieben ist.*

Ferdinandus Dei gratia Hungarię Bohemię etc. Rex, Infans Hispaniarum, Archidux Austrię, Dux Burgundię etc. Marchio Moravię etc. Comes Tirolis etc. Imperialis Locumtenens generalis etc.

Magnifice Vir. Mittimus hunc Egregium fidelem nobis dilectum Nicolaum Iuritschitz Consiliarium et Oratorem nostrum ad Serenissimum et potentissimum Principem Dominum Selymum Imperatorem Turcorum ac Asię et Grecię, ad contractandum et concludendum cum Magnitudine sua, sicut à Nobis idem Orator accepit in Mandatis. Vos ideo hortantes studiosius, ut eundem Oratorem, quo securius et expeditius ad præfatum Imperatorem transire, ac ad Nos quando expeditus erit, redire possit, nostri intuitu in omnibus ad hanc profectionem requisitis, quemadmodum hactenus cum animi nostri satisfactione fecistis, commendatum, promotum et adiutum habere uelitis, ordinando per omnia et singula loca Administrationi vestrę subdita, ut sine alicuius impedimento et molestatione, aut perturbatione eò peruenire, ac etiam Nuntios et homines suos, si quando opus fuerit, ad Curiam præfati Imperatoris, ac tuto ad Nos mittere possit. In quo nobis rem ualde gratam facietis, pari erga vos offitio et gratia nostra recognoscendam. Datum in Oppido nostro Lyncio die Vicesima Nona Mensis Julij. Anno Domini M. D. xxviiiij. Regnorum uero nostrorum Tertio.

Ferdinandus

V<sup>a</sup> B. Ep. Trid.  
S. Cancell.

Io. Maius

## XV.

*Schreiben Desselben an seine Schwester Maria.*

*Linz, 18. August 1529.*

*Aus dem Originale wie Nr. XIII. Die Nachschrift ist auf einem besonderen Blatte.*

A Madame ma bonne seur la royne douaigiere de hongrie

*Das Siegel ist abgefallen.*

Madame ma bonne seur/ Jay receu vostre lectre du vij<sup>e</sup> de ce present mois/ Par laquelle et aussy par autres de main de secretaire me ramanteuez lenuoy des v<sup>e</sup> lanskenetz pour le secours des montaignes/ A quoy madame auoie pourueu/ Toutesfois considere que les affaires en hongrie sont si auant en lestat et mauuais subces que assez sauez la chose a este prolongee/ Car comme pouez bien considerer/ si ie ne veulx laisser perdre lung pour lautre/ il nest nullement convenable que separe mes gens par bandes les vngs ca et les autres la/ puisquil y a si petite apparence de ainsi pouoir resister ny faire chose qui puist prouffiter par telle maniere/ actendu ce que dessus et la puissance du turec/ mais iceulx convertir ensemble pour tant mieulx pouoir resister et obuier au principal/ ou ientens convertir toutes mes forces/ Car ce fait selon que dieu conduira les choses/ icelles delles mesmes avec la prouision quon y pourra apres mettre succederont au plaisir de sa diuine bonte de mieulx/ Parquoy madame vous prie croire que la cause pourquoy nenuoie lesdictz lanskenetz est pour vng mieulx seullement et non par faulte que ie nay bon vouloir a la deffension desdictes montaignes/ Car a cella et aux autres affaires vouldroie plus que volentiers sauoir remedier convenablement/ que ce peut seullement faire selon lindisposicion des affaires par le moyen dessusdict/ A quoy feray tout extreme de puissance/ Aidant le createur auquel ie prie madame ma bonne seur apres mestre tousiours recomande humblement et de bon cueur a vostre bonne grace qui vous doint bonne vie et longue/ De lintz ce xvij<sup>e</sup> daoust a<sup>e</sup> xxix/.

vostre bon et humble frere  
ferdinandus

Madame depuis ces lectres escriptes me sont venues certaines nouuelles comme la paix entre lempereur et les francois est conclute iactens en brief que madame nostre bonne tante mauertira de toute la particularite et enuoyera le double du traicte et de la capitulacion en icelluy/ Et laiant ne faudray a incontinant vous en faire part/ Datum vt in litteris/.

## XVI.

*Schreiben der Königin Maria an ihren Bruder König Ferdinand I.*

*Znaim, 18. August 1529.*

*Aus dem Concepte wie Nr. II, mit der Aufschrift: Copie au roy Actum znam le 18<sup>e</sup> dauoust anno etc. 1529. Die Antwort unter Nr. XVII.*

Mons<sup>r</sup> la grande ioie que iay eu des bones nouuelles de larmement de lempereur de quoy il vous a plut a mauertir nest besoin que en face longue lettre car par vous mesmes le poes sauoir ien rens louenges et graces a nostre seigneur luy suppliant doner a sa ma-



geste la grace de tellement expedier toute ses affaires que ce soie au salut de son ame et pour le bien de toute la crestiente et principalement de vous comme ne doubte car il me samble veu comme voz affaires se portent quil nia chose au monde quy vous euse seu venir mieulx a propos quy est sertes cause que la ioie que iay par raison de saditte venue se radouble dieu par sa grace face que tant toutes ses que voz affaires puisen sortir avec bone fin plut a dieu mons<sup>r</sup> que iuse ausy cause a vous escrire des bonnes nouvelles du cartier dongrie mes sertes il nest posible come ne doubte que aues des pices entendu comme transiluanes s'est du tout rendue au bon home et le wayuode de moldaue avec ses gens est personnellement dedens et a fait a wayuode comme ientens le compaignon de artandy paul schomoly bator istwan et seulx quy sont de vostre bende sont avec mailad a fogarosch dieu s'est ce quil leur auindra artandy est son tresorier auquel ay commande expressement quil luy doit bailler mes reuenues de ma chamber au sel se que ne doubte quil fera Les turcs ont pris chinc esglises chatiau et ville et sont deuant vng chatiau quy est a more laslo nome marold seulx quy se rendent audit bon homme ou au turc ne font lesdits turcs nul damage mes paieute tousiours au double leur necessite quilz achetent des hongers/sy pescht ne sest ausy rendue sy le feront ilz bien tost car il lont enuoie vne bonne quantite de leur cherios avec leur biens oultre la tise seulx de neitra ont tenu vne asamble en laquelle on me dit que seulx de mes montangnes ont eu leur embassade ce que aincore bonement ne peulx croire pour conclure se quil leur est de faire de ce rendre ou non on veult dire quilz vous veulent donner terme a les aider et sil ne vient en tampt se rendre a vostre auerse partie se quil en est et sy seulx de mes montangnes y ont este quy ne seroit pas bon sine espere de le sauoir en brieff dont mons<sup>r</sup> vous en auertiray Veu mons<sup>r</sup> que vous voies en quel danger lesdittes montangnes sont vous supplie selon que vous ay par auant escript quil vous plaise a les secourir le plus tost que posible est et premeister que lienhardt hauser y puisse aller pour les causes que vous ay escript sil vous plait mons<sup>r</sup> vous pores ordoner quelque aultre idoinne a altenburg lequel suis contente de acceper car sertes mons<sup>r</sup> sy ie pers ce ie men voy vers vous en vous seruant a chauffer vostre palle esperege que me dores a boire et a menger car asteure de la trise-sima ne puige auoir espoir quelle me porte quelque chose comme vous mesmes poes penser parquoy mons<sup>r</sup> vous supplie de rechieff auoir regardt sur seste affaire et ausy sur le poure pais dongrie En faisant fin mons<sup>r</sup> prie nostre seigneur etc.

## XVII.

*Schreiben König Ferdinands I. an seine Schwester Maria.*

*Linz, 24. August 1529.*

*Aus dem Originale wie Nr. XIII. Adresse und Siegel wie bei Nr. XV. Zum Theil Antwort auf Nr. XVI.*

Madame ma bonne seur humblement et de bon cueur a vostre bonne grace me recommande

Madame Iay receu deux voz lectres des xiiij<sup>e</sup> et xvij<sup>e</sup> de ce present mois Et quant a la premiere par laquelle entre aultres choses desirez sauoir ma resolucion/ vous auertis

